De Codicibus nonnullis parisinis Plutarchi Moralium ...

Maximilian Treu

Digitized by Google


LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN

83
P6 me
T

VI.

Städtisches
Evangelisches Gymnasium
zu
Jauer.

Ostern 1871.

Inhalt: 1. De codicibus nonnullis Parisinis Plutarchi Moralium narratio, vom Oberlehrer M. Treu.
2. Schulnachrichten. Vom Director Dr. R. Volkmann.

Jauer, 1871.
Druck der Opitz'schen Buchdruckerei (H. Baillant).

9 614.

Digitized by Google

388
Pl6mO
T8

Digitized by Google

Gruk
Harvard
12-26-29
8944

Haud exiguum mihi qui iussus sum actis gymnasii nostri anniversariis doctum quoddam prooemium addere molestiam adfert de me ipso pauca praefari. vereor enim non sine gravi causa ne virorum doctorum qui fortasse titulo quem scripsi huic dissertationi adducti plagulas hasce in manus sumant expectatio prorsus fallatur. Plutarchi igitur scriptis quae dicuntur Moralibus cum plures per annos aliis occupationibus prohibitus horis tantum subsicivis eisdemque rarioribus operam dedissem, plus mihi otii nancturo aestate anni praeteriti commeatus datus est ut codicum Plutarchi Moralium noscendorum causa Parisios me conferrem. at tempestatem studiis umbraticis maxime infaustam sortitus sum. otium enim secessumque studiis meis quaerens praeceps iurui in oriens belli tristissimi incendium: qui me totum litteris involvere summo opere petebam invito singulare insaniae humanae spectaculum oblatum est cuius memoriam nulla umquam delebit oblivio. ex altissima patriae pace veni ad gentem gloriae inanis rabie aestuantem bellique cupiditate furiosa obcaecatam. sed non mihi otioso spectatori licuit eam admirari: in nosmet ipsos quibus Prussis nomen erat conversae erant illae irae, nostram ipsam patriam armis petendam esse omnes vociferabantur, noctes et dies vici plateaeque resonabant strepitu nomini Prussiano infestissimo. quamvis ideo primo adventus mei die magno cum dolore meo intellegerem spem diutius Parisiis commorandi temporis iniuria prorsus frustratam esse, tamen ab animo meo impetrare non potui ut bibliotheca quae tum dicebatur imperiali non visitata in patriam refugerem: itaque die Julii mensis quinto decimo, quo ipso die bellum declaratum est, intercessione legationis Prussianae — ultimae erant ni fallor litterae ab ea magistratui Francogallico datae, nam paucis horis post hostium caput reliquit — veniam impetravi bibliothecam adeundi librosque quos vellem in usum meum convertendi. ibi pauci tantum remanserant manu scriptis investigandis intenti eique omnes ad unum natione Germani: praeter alios nomino Julium Brakelmann Susatensem iuvenem praeclara doctrina ornatum qui cum moribus facillimis et lepidissimis summum sibi ab omnibus amorem conciliavisset tum peregrinum me atque advenam haec illa sciscitantem summa comitate edocendo magnam a me gratiam iniit: quem postquam biduo post ut miles patriam in discrimen vocatam defenderet urbem reliquit die mensis insequentis duodevicesimo pugna apud Mars la Tour praematura morte correptum esse plurimi eius amici mecum maerent. neque minus Pauli Marquardt Berolinensis — quem maximis sane aestatis caloribus in Theonis Smyrnaei codicis cuiuslibet figuris flexuosis et implicatis artificiorum acu factorum instar depingendis probe ac strenue desudavisse testis sum oculatus — peritia ac sagacitate in codicibus perscrutandis me profecisse grato animo confiteor.

Digitized by Google

ultimus omnium qui vix primis labris otium diu optatum gustavissem studiorum post quintum decimum fere diem fine facto, postquam haud parvas itineris aerumnas tuli domum reverti. studiorum meorum rationem ita instituebam ut quovis temporis momento ea interrumpere possem neque tamen plane frustra codicibus legendis operam impendisse mihi viderer. itaque ut alia omittam quam accurate pro animi mei sollicitudine potui Plutarchi libellum *Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ* cum sex in quibus totus inerat codicibus contuli: hunc non alium librum elegi quod ipsum ante paucos annos cum codice quodam Lipsiensi contuleram. tum ut de pretio eius adparatus critici quem ex omnibus Plutarchi codicibus bibliothecae imperialis Parisiensis composuit Contus Graecus iudicare possem ex ipso quae ad eum finem necessaria esse videbantur adnotavi.

Haec sunt quae praemittenda putaverim ne quis plura et meliora a me expectet quam pro temporum iniquitate praestare potuerim. tantum enim abest ut utile quoddam et fructuosum studiis Plutarcheis conscripsisse arbitrer ut mihimet ipsi minime gentium me satisfecisse vehementer doleam. qua re si quis vir doctus quam inii disputandi viam ac rationem non prorsus improbandam et reiciendam esse censuerit plus quam satis me adsecutum esse putabo. litterarum subsidiis praeter editiones Francofurtanam alteram (anni 1620) Reiskianam stereotypam Tauchnitzii Didotianam Duebneri, nullo sane eius disputationis quae nullius est usus damno, plane vacavi.

Primum Conti de quo infra erit sermo auctoritatem secutus omnes Plutarchi Moralium codices qui in bibliotheca imperiali Parisiensi adservantur uno in conspectu ita ponam ut singula Plutarchi scripta quibus in codicibus inveniantur secundum ordinem editionum vulgatarum enumerem. id haud inutile fore ea de causa arbitratus sum quod Catalogo 152 codicum manu scriptorum bibliothecae regiae Parisiis anno 1740 typis impresso parva fides habenda est. [plura etiam Fredericus Duebner in indice quem manu scripto Conti Supplem. Grr. 397 praefixit omisit: ex. c. *Περὶ τοῦ ἀκούειν* 2992 *Πότερον Ἀθηναῖοι* cet. 1672 *Εἰ αὐτάρκης ἡ κακία* cet. 1955 *Πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον* 1672 alia.] quaecunque igitur a catalogo typis impresso discrepant litteris latius dispositis indicavi. codicibus qui unum modo Plutarchi librum aut fragmentum libri continent litteras un addidi. de ordine quo ipsi libri in codicibus collocati sint cum plurimos accuratius inspicere tempus vetuerit nihil certi proferre possum. ei tamen libri qui in codicibus 1671 1680 2078 insunt cum vulgatarum editionum ordine, qui in 1672 et 1955 insunt cum indice Veneto qualem exhibet Arnoldus Schaefer in commentario de libro vitae decem oratorum videntur consentire.

Περὶ παίδων ἀγωγῆς 1603 un 1671 1672 1772 un 1955 2077 2080 un 2126 un 2596 fr cum scholiis in priorem partem 2933 3025 fr, un.

Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν 1671 1672 1955 1956 2076 2992.

Περὶ τοῦ ἀκούειν 1671 1672 1955 1956 fr 2076 2992.

Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου 1211 1671 1672 1955 1956 1957 2076 2992.

Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ 1211 1671 1672 1955 1956 fr perparvum 1957 2075 fr perparvum 2076.

Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο 1671 1672 1675 1955 1957 2043 2992.

Περὶ πολυπραγμοσύνης 1671 1672 1955 1956 1957 2076.

Περὶ τύχης 1671 1672 1955 1956 2076.

Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας 1571 1672 1955 2076 2596 totus.

Παραμυθητικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον 1671 1672 1675 1815 un 1955 1956 fr 2043 fr 2077 fr 2933 fr 2992 fr.

Digitized by Google

Ὑγιεινὰ παραγγέλματα 1671 1672 2076.

Γαμικὰ παραγγέλματα 1671 1672 1675.

Τῶν ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον 1630 1V frr parva, un 1671 1672 1675 2076 deest pars decima.

Περὶ δεισιδαιμονίας 1671 1672 1955 1956 2076.

Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν 1671 1672 1678 fr 2078.

Ἀποφθέγματα Λακωνικά 1671 1672 1680 2078.

Τὰ παλαιὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιτηδεύματα 1680 2078.

Λακαινῶν ἀποφθέγματα 1680 2078.

Γυναικῶν ἀρεταί 1671 1672.

Κεφαλαίων καταγραφή 1671 1672 1680.

Περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν 1671 1672 1957 2076 fr deest in 1680.

Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης 972 1671 1672 1675 1957.

Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης καὶ ἀρετῆς 972 1671 1672 1678 fr 1957 2076.

Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι 1671 1672 2076.

Περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος 1671 1672.

Περὶ τοῦ Ε ἐν Δελφοῖς 1671 1672 1675 1680 1956 1957.

Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν 1672 1675.

Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων 1671 1672 1675 1680 fr 1956 1V frr 1957.

Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή 1671 1672 1675 1955 2076.

Περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς 1671 1672 1675 2076.

Περὶ ἀοργησίας 1671 1672 1955 1956 2076.

Περὶ εὐθυμίας 972 1671 1672 1955 1956 2076 2125 un.

Περὶ φιλαδελφίας 1671 1672 1955 1956 2076.

Περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας 1671 1672 1675 1955.

Εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν 1671 1672 1955.

Πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ σώματος πάθη χείρονα 1671 1672 1956 1957 2076.

Περὶ ἀδολεσχίας 1671 1672 1955 1956 2043 2076 3023.

Περὶ πολυπραγμοσύνης 1211 1671 1672 1955 1956 2076 bis.

Περὶ φιλοπλουτίας 1671 1672 1955 1956 2076 3023.

Περὶ δυσωπίας 1671 1672 1955 1956 2076 2079 un.

Περὶ φθόνου καὶ μίσους 1671 1672 1675 1955 2076.

Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως 1671 1672 1955 1956 2076.

Περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Θείου βραδέως τιμωρουμένων 1671 1672 1675 1955 1957 2075 fr parvum 2076.

Περὶ εἱμαρμένης 1671 1672.

Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου 1672 1675.

Περὶ φυγῆς 1671 1672 2076.

Παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα 1671 1672 1675 1955 fr parvum.

Συμποσιακῶν προβλημάτων βιβλία Θ' 1672 1680 fr 2074 un.

Ἐρωτικός 1672 1675.

Ἐρωτικαὶ διηγήσεις 1671 1672 1675.

Περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι 1671 1672 2076.

Digitized by Google

Πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον 1671 1672.

Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον 1671 1672 1675 2076.

Πολιτικὰ παραγγέλματα 1671 1672 1675 1678 fr 1957 cum lacuna.

Περὶ μοναρχίας καὶ δημοκρατίας καὶ ὀλιγαρχίας 1671 1672 2076

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι 1671 1672 1675 1680 2076.

Βίοι τῶν δέκα ῥητόρων 1671 1672 1680 1957 fr.

Ἐπιτομὴ τῆς συγκρίσεως Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου 1671 1672 1675.

Περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας 1672 1675.

Περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις βιβλία ε' 1671 1672 1734 fr, un 2276 fr V libri, un 2372 fr, un 2423 fr, un.

Αἰτίαι φυσικαί 1671 1672 1675.

Περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης 1672 1675.

Περὶ τοῦ πρώτου ψυχροῦ 1671 1672 1675.

Περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον 1671 1672 1955 2076.

Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα 1671 1672 1675 1680 1957 2127 un.

Περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι 1671 1672 1675 1680 1957 2076 fr 2955 un.

Περὶ σαρκοφαγίας 1671 1672 2076.

Πλατωνικὰ ζητήματα 1671 fr 1672 1675 2076.

Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας 1042 un 1672 1675.

Ἐπιτομὴ τοῦ περὶ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας 1671 1672 1675.

Περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων 1671 1672 1675 1680 1957 initium om.

Σύνοψις τοῦ ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν 1671 1672 1675.

Περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκούς 1672 1675.

Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον 1671 1672 1675.

Πρὸς Κολώτην 1672 1675.

Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ Λάθε βιώσας 1671 1672 1675 1955.

Περὶ μουσικῆς 1671 1672 2451 un 2456 un 2457 un.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως Ὁμήρου 1270 un 1671 1672 1868 un 2697 un.

Περὶ μέτρων 1955.

Ἐκλογὴ περὶ τῶν ἀδυνάτων 2852 un.

Alter locus est de codicibus libelli de Profectibus in virtute. de quibus dicturo praesumendum est fragmentum codicis 1956, nam una modo pagina continetur, cod. fol. 176, 2, ab initio libelli 75a usque ad d *τοσοῦτον τῆς μεταβολῆς*. ipse forma maiore, exaratus ut videtur saeculo undecimo, in foliis 185 duodeviginti Plutarchi scripta Moralia continet. foliorum ordo interturbatus est. lectiones fragmenti nullius sunt momenti, sed codex satis mendose scriptus videtur, nam habet in pagina cit. 75b *παρεχῆ* pro *παρέχοι* c *τὸ ἄκρατον* pro *τὸ ἄκρον* d *ἀλλ' ἀμφιδοξεῖ ὡς*. item in transcursu monendum est in principio codicis 2075 saeculi quinti decimi parvulum fragmentum esse a verbis 81b *οἱ μὲν οὖν γεωγροί* usque ad c *τὸ οἴημα μαλακώτερον*. habet cum 1955 1957 2076 *ἀπὸ τοῦ λόγου* pro *ἀπὸ τῶν λόγων*.

Restant codices quibus totus libellus continetur 1211 1671 1672 1955 1957 2076. earum lectionum quas hi una omnes habent quibusque differunt a Xylandri editione Francofurtana itaque a plurimis aliis in primis notandae sunt hae: 76c *τῶν προτέρων* pro *τ. πρότερον* f om *καὶ καλλίστην* 77a *τρόμους ἔχοντος* pro *τ. λαμβάνοντος* [1955 sol. in margine *γρ. καὶ λαμβάνοντος*]

Digitized by Google

78b *τέλεον* pro *τέλειον* [1955?] d *παρέβαλλε* pro *παρέβαλε* f om *καὶ* ante *χρείας* 79a om *τὴν* ante *φιλοσοφίαν* b *καταβῶσιν* pro *μεταβῶσιν* e om *ὁ* ante *βρασίδας* 81d om *ἂν δὲ* e *τὸ μενεδήμῳ* pro *τῷ μ.* 83c om *καὶ* ante *περὶ* e om *καὶ* ante *πρὸς αὐτὰ* [1957?] 84a *μέλλοιμεν* pro *μέλλομεν* b *πρῶτον μὲν* pro *πρῶτα μ.* quae quamvis paucae sint plurimae tamen ita sunt comparatae ut Xylandri lectiones neque neglegentiae eius adscribendae neque ab emendatione profectae esse videantur. sequitur fontem vel fontes quos Xylander et cum eo vulgata secuti sunt dissentire ab omnibus codicibus Parisiensibus.

Ipsorum codicum Parisiensium ratio est ea ut primum in duas classes multum inter se discrepantes dividendi esse videantur.

Seiungendus est enim a ceteris codex 1211. 'codex bombycinus, olim Colbertinus, quo continentur: 1) Maximi Planudae Monachi homilia in Apostolorum principes Petrum et Paulum. 2) Plutarchi tractatus quomodo quis suos in virtute profectus sentire queat. Nonnunquam occurrunt inter lineas glossae. Conjecta vero ad marginem brevia quaedam scholia. 3) Ejusdem tractatus quomodo adulator ab amico dignosci possit. 4) Ejusdem tractatus de Curiositate [5–7 varia Maximi Plan. scripta]. Is codex saeculo decimo quarto exaratus videtur.' forma octava. ut primum de glossis et scholiis dicam ab alia sed una manu sine discrimine et inter lineas et ad marginem largissime adiecta sunt ad librum de Profectibus in virtute inde ab eius initio usque ad X 81d *φλέγων*. omnia hic enumerare minime operae pretium est: do magnam eorum partem: I 75a *τίς τῶν λόγων — τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων σώσει* cet. — *ἀντὶ τοῦ γνώσεται* b *ἄνεσιν — ἐλάττωσιν. ἐπίτασις ἄνεσις ἤτις καὶ ὕφεσις λέγεται ἐναντία, ὡς καὶ πορφύριος ἀνίεται καὶ ἐπιτείνεται πᾶσι — ἀντὶ τοῦ παντάπασι ἢ κατὰ πάντα τρόπον περιθεμένη — ἐπιθεμένη περιπεσοῦσα ἐπελθοῦσα κατέπασε — κατεχάλασε ἐπιδιδοὺς — αὖξων προκόπτων ἀπαρύτων — ἀφαιρούμενος ἀπαντλῶν ἀμωσγέπως — καθ' ἕνα γε θήτινα τρόπον ὑπείκοντος καὶ χαλῶντος — περιλαμβάνοντος ὑποχωροῦντος αἴσθησιν — γνῶσιν παρέχοι διαφοράς — φύσιν ἔχει παρέχειν γνῶσιν κινήσεως πρὸς διαφοράς. γρ. ἆρα τὴς ἀγνοήσειεν ἑαυτοῦ διαφορὰν ἐκλάμψασαν ἐναντίαν — ἦγουν τὴν ὑγείαν ἀναρρωσθέντος — ἐνδυναμωθέντος. εἰς ὑγείαν ἐπανελθόντος* c *ἐν τούτοις — τοῖς κάμνουσι ἀνέσει — ὑφέσει ἀκαρῆ χρόνου — ἦγουν ἀχρόνως. ἦγουν ἐκτὸς χρόνου καὶ ὥρας ὡς ἔνι μάλιστα — ἦγουν ὑπερβολικῆς διάθεσιν — ἕξιν* d *πράγματα — ὀχλήσεις οὕτω κατείληφε — ἔγνω κατέλαβε ἀφαιροῦντι — ἀπὸ τῆς κακίας γινομένην — πρὸς ἀρετὴν καταβαρθέντα — καίτοι κ.* e *καινεὺς — ὁ καινεὺς γυνὴ οὖσα μετεποιήθη εἰς ἄνδρα τὴν μετακόσμησιν — τὴν μεταποίησιν ἀκρατοῦς — ἀκολάστου ἀκαρῆ — ἀχρόνως ἀθρόως* II f *ὁμολογεῖν μὴ πεφυκότα — συμφωνεῖν καίτοι φύσιν ἔχοντα* 76a *ἀπολείπουσα — ἀποχωροῦσα ἀπ' αὐτῆς — γρ. ἀπ' αὐτῆς τῆς προκοπῆς ἐν μὲν ταῖς σχολαῖς — ἐν ταῖς θεωρίαις ἐν ταῖς σπουδαῖς τῶν πραγμάτων* b *ἀπειλίκτους — ἀγρίους* III *ἢ καὶ — καὖδ* c *ἐν τοσούτῳ — χρόνῳ δηλονότι κομιζομένους — ἦγουν φερομένους τὸ ἐνδελεχὲς — ἦγουν τὸ πυκνὸν ἀλλ' εἰς ἅπαντα — ἐπὶ τῷ ἐργάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον τέλος* d *τῶν φιλοσοφούντων — τῶν ἐργαζομένων φιλοσοφίαν ἀναλύσεις — ἐπαναγωγάς ἐν δὲ τῷ φιλοσοφεῖν — ἐπὶ τῆς φιλοσοφίας* e *κιρραίοις — κίρρα πόλις καὶ ἀπὸ ταύτης κιρραῖος παρ' αὐτῆς — κακίας προσδεδεγμένον — προσδεχόμενον* IV f *ἀνακοπαὶ — ἀνατολαὶ* 77a *διασπάσματα — διαχωρίσματα τελευτῶντες — ἤγουν ἐπὶ τῷ τέλει ἐξέβαλον* [vulg. *ἐξέκαμον*] *— ἐξέκαμον ἤγουν κατάληψιν ἐποίησαν τῆς φιλοσοφίας ἐκείνης* b *ἀποσπέμενον — τοῦ πάλλους τὸ πάθος — ἦγουν ὁ ἔρως θεῷ — ὥρα* c *ἀποσπάντα — πύρρῳ γενομένους ἀσχάλλειν — ἕνεκα τῶν λόγων δηλονότι ἀποσπασμοῖς — χωρισμοῖς ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας ἤγουν τῆς ἀρετῆς τὸ προσειλημμένον — τὸ*

Digitized by Google

προσληφθὲν V τὸ πρεσβύτατον — τὸ ἐντιμιώτατον d ὑποτρεπόμενοι — ὑποτρεφόμενοι ἀνακρουόμενοι ραθυμοῦντες ὑποστελλόμενοι e δημοτελῆ — πολιτελῆ συνουσίας — ὁμιλίας ἀλλόκοτον ἦκων — ξένον ἐλθὸν ὑφ' ἑαυτοῦ — ὑπὸ τῆς οἰκείας βουλῆς αὐτοῦ 78a ἀνακορύσεις — κινήσεις ἐπαναστάσεις διαλύσει — καταλύσει τὴν ἀδημονίαν — τὴν ταραχὴν VI διαφορῶν — ἀμφισβητήσεων b σπαραττόμενον — ταραττόμενον κνιζόμενον — λυπούμενον ἥλικας — ὁμήλικας ἐν τούτοις — οἷς ἔλπον ἄτεγκτος — ἤγουν μὴ μαλαττόμενος ζηλοῦντας — ἁμαρτάνοντας d μετάβασιν — ἀπὸ τόπου εἰς τόπον κίνησις λέγεται μετάβασις παρέβαλλε — συνέκρινε βασιλέως — ξέρξου ζήνων — φιλόσοφος θεόφραστον — φιλόσοφος VII e ὑπεκχέης — ἀποδιώκης μεταβολή — μεταλλαγὴ ὡς εἰπεῖν — ὡς σχεδὸν καταίροντες — διερχόμενοι χωροῦσιν — ὁρμῶσι f ἀναλεγόμενοι — συνάγοντες 79a συνήθων — φίλων ἀνιεμένων — διαλυομένων γέροντας — ἤγουν φρονίμους ἡ κρίσις — ἤγουν ἡ διάγνωσις ἄρξεται — λήψεται ἀρχὴν συμφέρεσθαι — σὺν ἐκείνοις φέρεσθαι τὸν αἴσωπον — ἤγουν κατὰ τὸν λόγον τοῦ αἰσώπου b πικρὸν — πικνὸν VIII διεξιὼν — διερχόμενος d ἀνώδυνον — τὸ ἰώμενον ἀνωδύνως e προσέχειν καὶ τετάσθαι τὴν ἄσκησιν — ἤγουν παρατεταγμένον εἶναι κατὰ τὴν ἄσκησιν f τῷ χρῆσθαι — ὑπὸ τοῦ χρῆσθαι 80a εἰ λαβόντες — ὃ λαβόντες ἐκκυλίσουσιν — ἀπελεύσονται ἰατρεύειν — χρὴ οἴεσθαι ἀπὸ κοινοῦ IX c κατασοφισθεῖς — καταδικασθεῖς X 81a ὑπεριδόντα — ἀντιστάντα ἀντιτείνοντα ἐρωτήματος — ἤγουν αἰδοῦς d φλέγων — ὁ ἀναιδῶς λάμπων ἐν τῷ σώματι.

Quo levius autem pretium scholiis constituendum esse vel primus adspectus docet, eo maius codex ipse habet. plurimis enim locis tales lectiones exhibet quas solas veras esse et ex sententiarum nexu et ex scriptoris dicendi consuetudine facile probari potest. sed haec pluribus monstrare minime opus videtur, cum originem ducat noster ex eodem archetypo cui debemus codicem Tischendorfianum VII. Lipsiensem. de virtutibus eius exposui in dissertatione de Plutarchi libellis qui in codice Tischendorfiano VII insunt. differt uterque librarii tantum aliquot mendis: nam Lipsiensis solus habet 75e ἁπάντας pro ἅπαντας πρὸς στάθμην pro π. στάθμῃ 77c ἀσχάλειν pro ἀσχάλλειν e καταλαβεῖν pro καταβαλεῖν 78d τὸν εἰς ἀθήνας pro τὴν ἐ. ἀ. 80a καταπέτοντι pro καταπέπτοντι 81a om θέμενον 83b γεγονὼς pro γεγονὸς e δὴ καὶ πρὸς αὐτὰ pro δεῖ κ. π. α.. Parisiensis 76d τοῖς βελτίοσι pro ταῖς β. 78d συμφονώτερος pro συμφωνότερος 84c ἄχρις οὗ pro ἄ. οὗ 85d ὥσπερ δ' οὖν pro ὥ. αὖ. praetermitto quibusdam aliis locis prosodiarum encliticarum pronominis reflexivi et αὐτός usum diversum esse. nam haec discrimina parvi habenda sunt prae summa alia utriusque consensione: quam ullo verbo comprobare minime necessarium videtur esse quod codicem 1211 eumdem esse quem quod scio ad id solus Vulcobius — in lectionibus indicis qui subiectus est editionibus Francofurtanis — in rem suam convertit adpareat, consensum autem quem vel in rebus pusillis summum esse inter scripturas codicis Lipsiensis et Vulcobii in dissertatione citata demonstravi multo evidentius elucere inter codices ipsos per se patet. accedit quod uterque praeter librum de Profectibus in virtute etiam librum continet de Curiositate. quod si igitur novam a codice Lipsiensi lucem affulgere libello de Profectibus in virtute Theodorus Doehner in quaestionum Plutarchearum particula altera pag. 39 et 41 dicit, id eodem iure nostro vindicandum est. omissis prosodiarum varietatibus soli exhibent lectiones has [praetereo eas scripturas quae a recentiore manu etiam aliis codicibus Parisinis adscriptae sunt excepto codice 1955, nam is ut infra videbimus ex 1211 emendatus videtur]: 75b ἂν γνοίη c ἐν τῷ φιλοσοφεῖν οὔτε [om τινα] προκοπὴν οὔτέ τινα προκοπῆς αἴσθησιν ὑπολητέον ἀβελτηρίας [om ἀλλ'] ἄχρι δὲ τοῦ λαβεῖν d ἐκπίεσιγε καίτοι ἤδη τοὺς οὐδέπω κατειληγε γεγονέναι

Digitized by Google

κάλλιστον· ἢ ἄν [om δὲ] οὕτω e ἑαυτὸν διαφοράν ἀκαρῆ [ita etiam c] 76a ὑπ' αὐτῆς b προσγινόμενον μοχθηρίας [om ὑπὸ] τοῦ λόγου ἀναφερομένης ὧν σκόπει [om τὸν] πρῶτον c γεγονέναι ὑπὸ om ἡνύσθαι ἐπιλαμβανόμενον αἰεὶ om γάρ κεν [non etiam sequens καὶ] d εἰς ἀρετὴν ἐπίδοσιν τοῖς βελτίοσιν e σπουδαῖς σημεῖον οὐ φαῦλον ἐστὶν 77a ὑπὸ ἄσθματος τελευτῶντες ἐξέβαλον [om δια] φερομένῳ b παιδικῶν πρόσεστι μέτριος μὲν ἄν σοι φανείη c μνήμη δὲ [2076 ad marginem olim μνήμη] μὲν παρόντας τοσούτῳ πλέον d σέξιον [om τε] τὸν ταραχὰς καὶ ἀρχὰς e om τῆς ἀγορᾶς ὡς ἀπ' οὐδεμιᾶς 78a om καὶ τρέφει γίνονται om ῥαδίως τὸν ἄλυν καὶ σπουδαὶ μετὰ παιδιᾶς b σπαραττόμενον c [om ἀπο] θρασύνεσθαι διὰ παραφροσύνην ἔμπεδον αἰεὶ d ἐξ ἀθηνῶν μετάβασιν ἑαυτοῦ καὶ [om ὁ] ἀγησίλαος ὁ 'κείνου μὲν e μέγα [om καὶ] τοῦτο προκόπτειν ποιεῖς om ἁπλῶς f [om ἀπ'] αὐτῶν 79a ὃ τις εἶπε οὖσιν ἔτι λεχθέντων om ὑγιεινὴν ἐμποιοῦσι om δυναμένους b ὅρα δὴ οὖν μὴ d τὸ μὲν εὐῶδες καὶ [om τὸ] ἀνθηρὸν διαγινώσκειν e ἀμύνεσθαι ἁπανταχόθεν 80a om καὶ τὰ μίγματα b μὲν [om δὴ] χρηστικῶς εἵνεκα μὴ δὲ διδάξαι βουλόμενος c om καὶ τετυφωμένον ἐγὼ μὲν οὖν εἶπεν μητ' ἐν ὀλίγοις οὕτος νοῦσαι μὲν d πράξεις [om ἕκαστον] ἐπισκοπεῖν e om καὶ ἀκρατῶν ἁπανταχόσε 81a διαμαχεσάμενον κατασχεῖν καὶ σιγῆσαι ριζούμενον παρ' b ἐπὶ γῆν om a verbo ἀρχόμενοι usque ad ἀποτίθενται. καὶ καθάπερ δὲ c ἀρπαζουσιν ἑαυτοῖς τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ φθάσας ἂν εὐφυὴς νέος [om ὥστ' εἰπεῖν μειδιάσας καὶ ὑποπλησθεὶς] εἶποι μετ' ἐρυθήματος d οὗτοι λανθάνει κατὰ μὲν γλῶσσαν γε λεπτὸν ὑποδέδρομεν [om καὶ] ἀθόρυβον δ' ὄψεσι δ' ἂν ἀκοῦσαι ὥσπερ γὰρ μὲν ἐν θορύβῳ e καλῶς λέγεσθαι γίνεσθαι τοῦ [om δὲ] χρόνου δὲ f παρὰ τοὺς θεραπεύοντας 82a om καὶ χαλεπαίνοντας παρέχειν τὸν ἁμαρτάνοντα διακαλύπτειν b ἀτυφίᾳ κενῇ καὶ om ὥσπερ ἕλκη περιστέλλων καὶ ἀποκρύπτων c ἀλγύνειν [om τε] ἁμαρτάνοντα καὶ κακίζειν μὲν ἐν παπηλείῳ d εἰς τὴν κακίαν αὐτὸν καὶ γράψαντα καὶ ἐξαγορεύσαντα ἑαυτοῦ τὴν ἁμαρτίαν e καὶ [om τὴν] ἀμαθίαν βίαντος καὶ πύθωνος ὦ ξέν' οὐλλέ θεοὶ δέ τοι κινδυνεύοντα χειμῶνος f ἐκ λόγου καὶ [om φιλο] σοφίας [om δια] ταράσσεσθαι ἕκαστον αὐτοῦ δεινῶν καὶ ἀτόπων 83a τοῦτο δὲ καὶ om καὶ ἄλογον om ὁ νόμος c ἐπιλαβομένην ὡς ἰδεῖν ἔδοξε e om τῷ λόγῳ f εἰς τὰ μὴ καίρια 84b μηδ' ὑπομένειν πάντας μὲν ἀθηναίους τόλμαν καὶ ῥώμην d [om φιλεῖν καὶ] ἀγαπᾶν 84a Ti. βαδίζοντας ἐτ λαχόντας ἀρχὰς 1211 βαδίζουσιν ἐτ λαχοῦσιν ἀρχὰς sed eodem atramento superscriptum ἰζοντας ἐτ χοντας ἀγαθοὺς ἢ γενομένους b καὶ ἀπορίαις ἁπάσαις ὀρθοὺς καὶ ἀπτῶτας [om δια] φυλάσσει σημεῖον [om αὐτὸ] τοῦ c καθ' ἑαυτὸν ἐξαπίνης [om ἐπὶ] φανέντος [om ἐκ] βεβαίωσιν καλοῦς κ' ἀγαθοῖς d παρὰ τῶν θεῶν ἀτρέμας τῶν ἐξαμαρτανομένων e ὀλόμενοι ποιήσειν εἰς τὸ σμικρότατον 86a om αὐτῶν. transponuntur in utroque solo verba haec: 75b ἡ κακία πᾶσι ἀναρρωσθέντος τοῦ σώματος 76a ἀφροσύνης ἀσχάτης e βαδίζοις ἐπὶ τὸ λειπόμενον 78a δεῖ νομίζειν τὴν προκοπὴν εἶναι e φιλοσοφεῖν ἀρχόμενοι χωρεῖσι καὶ τὰ σοφίσματα f τοὺς ἕλληνας πρὸς — ὁρᾶν οὗτω 79a τὰ ἴχνη ἢ ἔξω τέτραπται b ὅπερ ἠθικώτατόν ἐστι προκόπτειν καὶ ἄτυφον e οἱ θεώμενοι δὲ βοῶσι τῆς πήρας ἐξέβαλε f ποιοῦντες δόγματα 80a προσφέρων διὰ τοῦ στόματος b ἐστι προκόπτοντος c ἀνόητον καὶ μαντικοῦ ὁρῶν αὐτὸν d ἐξενεγκὼν ἄμετρον e τὸ πρὸς ἀληθειαν ἐνεστιν f σκιαῖς καὶ εἰδώλοις 81a ἅμα καὶ θεωτὴς τῶν καλῶν b λαμβάνειν τὰς τέρψιας ἐθιζόμενον ὑπεξεισιν ἐκθλιβόμενος c τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ d συνίασι πρὸς ἀλλήλους ὠθοῦμενοι e λαλιὰν καὶ θρασύτητα μέγα φῶς ἰδὼν f ἢ φεύγουσι μηδ' ὅτι νοσοῦσιν ὑπὸ τοῦ σφόδρα νοσεῖν αἰσθανόμενοι 82a παρέχειν τὸν ἁμαρτάνοντα b τὴν κακίαν ἀποφεύγῃ [Ti. ἐκφεύγῃ] μικρολογίας καὶ

Digitized by Google

φιληδονίας καὶ κακοηθείας καὶ φθόνους c ἁμαρτάνοντα καὶ κακίζειν μᾶλλον τῆς μοχθηρίας d εἰς τὴν κακίαν αὐτὸν ποιεῖται παράδειγμα τῆς κεφαλῆς ἀγνοηθὲν αὐτῷ καὶ γράψαντα καὶ ἐξαγορεύσαντα e προκόπτειν οἴεσθαι κριθαῖς παρεγκεχυμέναις καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους εἰπεῖν f προκόπτοντος συναισθάνεσθαι κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶ διακεχυμένον ὑπὸ τοῦ λόγου 83a τὸ φανταστικὸν οἷα κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶ τὸ ἄλογον ἥδη καὶ κεκολασμένον ὑπὸ τοῦ λόγου b ταῖς ἐπιθυμίαις ἐθέλει d δι' ἐκεῖνον ποιήσει e ἡ προκοπὴ δὲ ὡς λέγομεν ἐνδόσει τινὶ παθῶν καὶ πραότητι χρώμεθα μαλακωτέραις καὶ φλεγματίνοις αὐτῶν 84a εἰσιν οὐ φαῦλον παρασχεῖν ἐθέλει b καταφανὴς ἦν εὐθὺς ἀλλὰ καὶ ζηλῶν καὶ μιμούμενος d εὔφημον ἀποδιδούσης θαυμάζων μηδὲ τιμῶν e ἑαυτοὺς ὤμεν πρόθυμοι f φωκίωνος καταδίκην τὴν ἀρετὴν ἡγούμενοι 85b δακτύλων ὀνόματα ἀπορίαις ἀπάσαις ὀρθούς τε καὶ ἀπτῶτας φυλάσσει c τοῦ συνειδότος τινὰ βεβαίωσιν d διαθέσει τοσαύτῃ e τὴν φιλοπλουτίαν συναΐξει f ποιεῖ καὶ ὀλιγώρους πρὸς τὰ μικρά 86a τῶν γινομένων προσίενται.

Qui restant codices quinque 1671 1672 1955 1957 2076 has variantes a scriptoris primarii manu exhibent soli: 75e ἦτε ἄρα [ἆρα] τίς pro ἦτ' ἄρα τ. ἀκαρεὶ pro ἀκαρὲς [2076 ἀκαρεῖ?] 76c om γάρ κεν καὶ e οἴχεται φερομένη πρὸς τὸ χεῖρον pro π. τ. χ. ο. φ. 77a πολλάκις pro πολλὰ καὶ γίνετο pro γένετο [2076?] b προσῆν pro πρόσεσει c ad θεῇ omnes βλέπε [1671 superscriptum 1672 superscriptum rubris litteris 1955 ad marginem ῥῆμα ἀντὶ τοῦ βλέπε καὶ νόει 1957 ἀντὶ τοῦ βλέπε· ῥῆμα γάρ ἐστιν et a secunda manu τινὲς περίβλεπε 2076 ῥῆμα ἐστὶν ἀντὶ τοῦ βλέπε] c om πάσχοντας 78a ἂν μὴ πολλάκις ἀνακρίσεις pro ἀνακρούσεις [1955?] b om βασιλέων αὐτοῦ παρέβ. pro αὐτοῦ π. d om μὲν ante χορὸς e om φιλοσοφεῖν f om ἕτερον τῷ ἀριθμεῖν pro τὸ ἁ. 79a παραριθμούμενοι pro παραριθμοῦντες καὶ παραμετροῦντες ἐπ' αὐτῶν pro ἀπ' αὐτῶν [1955?] b γράμματα pro συγγράμματα e γίγνεται δὲ τοῦτο pro γίνεται δ. τ. [1955?] 80b μηδ' ἐκ φιλοτιμίας pro μηδὲ φ. c om αὐτὸν ante ὁρῶν e τὸ πρὸς ἐπίδειξιν pro τοῦ π. ἐ. [1957?] τοῦ πρὸς ἀλήθειαν pro τὸ π. ἁ. 81a τοῦτον γὰρ εὐδοκιμοῦντα παρ' ἑαυτῷ μὴ καταφρονεῖν ἀλλὰ χαίρειν καὶ ἀγαπᾶν ὡς ἱκανὸν ὄντα μάρτυν ἅμα τῶν καλῶν καὶ θεατὴν d οὗτοι pro οὔ τις τοι γλῶσσα γε pro γλῶσσ' ἔαγ' e om τε ante καὶ βιαίως [1671?] om εἶτα ῥήτορας [1672?] 82a δὲ αὐτὸν vel αὐτὸν pro δ' ἑαυτὸν 83d om ψυχῆς om ἡ ante προκοπ. 84b ἀνδρείαν pro ἀνδρίαν [1672?]

Qua ex propinqua cognatione hos codices textum ex recensione et a codice 1211 et a Xylandro discrepante castigatum exhibere colligendum est. sed non ex eodem proximo codice parente omnes descendunt, sed maior praeterea necessitas intercedit et inter 1671 1672 et inter 1955 1957 2076. de prioribus infra dicemus: in 1955 1957 2076 solis a prima manu scripta extant haec: 75b ἀπαρύττων pro ἀπαρύτων 76a 1955 post τῇ rasura 1957 τῇι, ι in rasura 2076 τῇς, ς rasura deletum pro τῇ b 1955 ἐσκοπεῖ τὸν 1957 ἐσκόπει τὸν 2076 ἐσκοπεῖτο pro σκόπει τὸν c γεγονὼς pro γεγονόσιν 77b ἐμποδὼν pro ἐμποδὸν 78c ἡμεῖς γε pro ἡμεῖς 78e ἀνατιθεὶς pro ἀντιτιθεὶς 79f διδόντος et ποιοῦντος pro διδόντες et ποιοῦντες 80c om τὴν ante λέξιν e καὶ ὅσα τὸν pro καὶ ἀκροατῶν [1957 καὶ ὅσα ἀκροατῶν] 81b τοῦ λόγου pro τῶν λόγων [τοῦ λόγου etiam 2075] c αὐτοῖς pro αὐτοῦς vel ἑαυτοῖς d εἴτις pro ἤτις ἀληθῶς pro ἀληθοῦς [2076?] 82b εἰς μικρὸν ἢ εἰς κυρτὸν pro ὡς μ. ἢ ὡς κ. f μὴ τὸ ἡδόμενον αἰσχροῦ τινὸς pro μήτε ἡ. αἰσχρῷ τινὶ 83a ἐπιχειροῦν pro ἐπιχειρεῖ c ζηλοῦμεν καὶ οὐ φθονοῦμεν καὶ οὐ φιλοδοξοῦμεν, sed καὶ οὐ punctis notatum, pro ζ. μᾶλλον ἢ φ. κ. φ. 84b καὶ μὴν τὸ ὅτι τὰς [1955 κ. μ. καὶ ὅτι τὰς, καὶ alterum punctis notatum] pro κ. μ. ὅτι τὸ τὰς c ἄχρι οὗ τὸ θαυμάζον pro ἄχρις οὗ τὸ θαυμάζειν e οἷοι pro οἷον [2076?] om πρόθυμοι 85c οἰόμενος ἐνδεῖν pro ἐ. ο. f συλ-

Digitized by Google

λέγοντες pro *σωρεύοντες* [1957?] 86a *ολόμενοι* pro *ολόμεθα* [1955?]. solis denique pauca cum 1211 communia: 75b *ἀεὶ τῆς ἀτεχνίας αὐτῷ παρούσης* pro *αὐτ. τ. ἀ. ἀεὶ π.* 76a *τῆς μελήτου* [1955?] et *τὴν πλάτωνος* pro *τὴν μελίτου* et *τῆς π.* 78a *ἐν ἀνθεινοῖς* [1211 *ἀνθειναῖς*] *καὶ ἁπαλοῖς* pro *ἐ. ἁ. κ. ἁ.* 81b *δὲ καὶ* pro *δὴ κ.* f *καὶ φρενῖτιν* pro *ἢ φ.* *ἑαυτὸ καὶ τὰ* pro *ἑαυτῷ κ. τ.* 84d *κατὰ σιμωνίδην* pro *κ. τὸν σ.* 85b *ἰδίων ὀνόματα* pro *ἰδαίων ὀ.* quibus ex tam multorum locorum discrepantiis, cum in lectionibus vel peculiari errore aperte vitiosis persaepe consentiant, adparet quinque hos codices ex duobus fontibus paullum inter se differentibus ortos esse. sed ut quae horum librorum sit natura atque ratio paullo rectius pernoscatur singulos secundum ordinem quo scripti videntur esse videamus. scriptus autem est secundum Catalogum 1671 anno 1296 1672 saeculo decimo tertio 1955 duodecimo 1957 undecimo ineunte 2076 decimo quinto exeunte.

Codex 1957 membranaceus, forma maxima, scriptus satis eleganter, sedecim scripta Moralia continet. haud multum discrepat a prima scriptura codicum 1955 et 2076: non nulla neglegenter ut videtur omittit: 75f *τὴν* ante *φιλοσοφίαν* 76b *καὶ* ante *χρώμενοι* 77e *καὶ* ante *ἀλλόκοτον* 82e *γὰρ* ante *ἠξίου* 83a *δὲ* ante *πλάτων γὰρ* ante *ἐπιχειροῦν* [habet *τ' ἐπιχειροῦν*], addit 75a *περὶ τοῦ* ante *Πῶς ἄν τις* 80e *δὲ* ante *μᾶλλον* 81d *καὶ* ante *πρὸς ἀλλήλους* 82d ad vocem *ῥᾳδὰς* eadem manu ad marginem *ῥᾳδὰς λογιζόμενος ὁ προκόπτων ἐκεῖνον τὸν ἰπποκράτην* 84d *τὴν* ante *τιμὴν*: mendosa exhibet aut magna nec laude nec vituperatione digna: 75e *πρὸ στάθμῃ* pro *πρὸς σ.* 76a *ἀπολιποῦσα* pro *ἀπολείπουσα* c *καταθοῖο* pro *καταθεῖο* d *μαθητικοὶ* pro *μαθηματικοὶ* 77a *προκρούματα* pro *προκρούσματα* c *ποῦῶν* pro *πόθῳ τῷ* 79b *μόνων* pro *μόνον* 80c *κατασκευῆς* pro *παρασκευῆς* d *διαφεύγων* pro *διαφεῦγον* 82e *τοῦτο* pro *τὸ τοῦ* 83c *ὃ ἰδεῖν* pro *ὡς ἰ.* 84b *πάντως* pro *πάντας ἀθηναίοις ἐοικὸς* pro *ἀθηναίους εἰκὸς* c *τοὺς φιλοσοφοῦντας* pro *τοῦ φιλοσοφοῦντος* f *ὑποδειμαίνομεν* pro *ὑποδειμαίνομεν* 85c *προτείναντα* pro *προτείνοντα*. tum animadvertenda est magna librarii in prosodiis pingendis inconstantia: saepe omissae, omissae posteriore tempore adiectae, falsae expunctae sunt. valde etiam turbulente tenores vocabulis adpinguntur. inveniuntur deinde haud paucae correcturae sed omnes ita comparatae sunt ut ab eadem manu et ex sola eiusdem originis auctoritate ortae esse videantur. neque denique ullus aliorum librariorum hunc codicem in usum suum videtur vertisse: unde statuendum correcturas codicum 1955 et 2076 a codice 1957 differentes aliis fontibus adscribendas esse.

Codex 1955 membranaceus, forma quaternaria maiore, perspicue sed a manu paullo neglegentiore descriptus, continet scripta Moralia undetriginta quorum ordo cum 1672 consentit. correctus a pluribus recentioribus manibus, pauca in margine adnotantur. solus exhibet 75a *σόσιε*, sed *σ* in rasura, pro *σόσσιε* d *καίτοι γε ἤδη ταῦτα γε* pro *κ. ἤ. τ. γ.* 76e *ἀνηννικότα* pro *ἀνεικότα* 77b *θεῷ φλεγμαῖνον* pro *θ. φλεγόμενον* 78a *ταχέως* pro *ῥᾳδίως* c *ἄλλως* pro *ἄλλος* d *ὃ τοίνυν* pro *ὅταν οὖν* 79e *σώζεται* pro *ζήσεται* 82c *πονηρίας*, sed correctum in vulgatum *μοχθηρίας καταφεύγοντα* pro *καταφιγόντα* e *ἐλευθερίαν* pro *ἀβελτηρίαν* 83d *ἐνυπνίων* pro *ὕπνων* 84f *ἐπιφθεγγόμενοι* pro *φθεγγόμενοι* 85d *οὐ σμικρὸν* pro *οὐ μικρὸν* e *προσήκειν* pro *προσέχειν* f *κατ' αἰσχύνην*. primae lectiones persaepe ita emendatae sunt ut adparet codicem hunc posteriore tempore collatum esse cum 1211: sed satis leviter ut minores modo differentiae adnotatae sint. igitur non nisi ex 1211 desumptae esse possunt: 75c *ὑποληπτέον*, in rasura, pro *ἀπολειπτέον* d syllabae *πρά* in *κράτιστον* superscriptum *κάλλι* 76c *ἡνύσθαι* punctis notatum, 1211 om *εἰ* et *καὶ* additum 77a *διαφερομένῳ*, prioris syllabae punctis notatae, 1211 *φερομένῳ* b *προσέσει* pro *προσῇν* c *πάσχοντας* ad marginem 78a *μετὰ παιδιᾶς* ad marginem b *βασιλέων* additum e *ποιεῖς* additum *φιλοσοφεῖν* additum 79a *ὅτις* pro *ὡς τις*, quod punctis notatum b *συγγράμματα* pro

Digitized by Google

γράμματα 80c αὐτὸν additum 81b γῆν pro γῆς d γλῶσσαν γε pro γλῶσσα γε e εἶτα ῥήτορας additum 83a δὲ καὶ πλάτων pro δ. π. d ψυχῆς additum. adiciuntur margini scholia haec: 77a τρόμους ἔχοντος — γρ. καὶ λαμβάνοντος b δὲ ἔρωτος — θείου ἔρωτος c θεῷ φλεγμαῖνον — ῥῆμα ἀντὶ τοῦ βλέπε καὶ νόει 78f τῷ νομίσματι — πρὸς οὐδὲν ἄλλο φησὶ χρῆσθαι τοὺς ἕλληνας τοῖς νομίσμασιν, οἷον οὐ πρὸς εὐποιίαν, οὐ πρὸς τὸ στρατιὰς ἐξοπλίζειν, οὐ πρὸς θεῶν τιμὴν, οὐ πρός τι τῶν συμφερόντων τούτων, ἀλλ' ἢ πρὸς μόνον τὸ ἀριθμεῖν καὶ καταλογίζεσθαι ὁπόσον ἐστὶν ἑκάστῳ νόμισμα, et superscriptum καὶ τοῦτο μικρὸν ὡς δοκοῦν ἰασίτη [?]· τὸ γὰρ πρὸς οὐδὲν μαρτυρήσει τῷ λόγῳ 79a λόγους — δοκεῖ τὸ βαθὺ τῶν λόγων καὶ μὴ πρόχειρον εἰς γνῶσίν τε καὶ κατάληψιν ὑπαινίττεσθαι διὰ τοῦ εἴσω ἀλλ' οὐκ ἔξω φάναι γεγράφθαι τὰ ἴχνη. sunt etiam in codice in alia scripta adnotationes quaedam. quae obiter mihi intuenti in oculos ceciderunt speciminis loco pono: de Sera numinis vindicta 559f χρήσιμον καὶ δίκαιον — οὔτε τὸ δίκαιον ἐξ ἀνάγκης καὶ χρήσιμον οὔτε μὴ τὸ χρήσιμον δίκαιον, εἰ μὴ περιορισθῇ ἢ τόπῳ ἢ χρόνῳ, ἢ προσάντης ἢ πραγματικῶς ἑτέρῳ τινὶ ὥσπερ καὶ οὕτως ἐν ἰατρικῇ φησιν τὸ χρήσιμον δίκαιον 560b ὥστε μηδὲν cet. [?] — τούτων καὶ ἰουλιανὸς ἐχρήσατο ἐν τοῖς εἰς κρόνια λήροις. de Adulatore et amico 50d [?] — καὶ φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις περὶ τοῦ φαβωρίνου ὅτι ἐπὶ τῇδε ἡρώδῃ τῷ σοφιστῇ ἐγένετο. ὅθεν καὶ τελευτῶν κληρονόμον ἡρώδης ἀπέφηνε τῶν βιβλίων τοῦ οἰκέτου αὐτοκηλύθου· ἦν δὲ οὗτος ἰνδὸς καὶ ἱκανῶς μέγας. ἄθυρμα ἡρώδου καὶ φαβωρίνου, ξυμπίνοντας γὰρ αὐτοὺς διῆγεν ἐγκαταμιγνὺς ἰνδικὰ ἀττικὰ καὶ πεπλανημένῃ τῇ γλώττῃ βαρβαρίζων. 51c ὀφθαλμοῖς διανεύουσαν — ἴλλος γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς, ἔπιλλος δὲ ὁ διάστροφος τοὺς ὀφθαλμούς. de Vitioso pudore 528c περὶ δυσωπίας — οἱ περὶ ἀττικῆς γράψαντες συνηθείας ἐπιλαμβάνονται τοῦ ὀνόματος τῆς δυσωπίας ὡς ἀδοκίμου. τὸ γὰρ δυσωπεῖσθαι οὐκ ἐπὶ τοῦ αἰδεῖσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὑφορᾶσθαι καὶ δεδιέναι ἐκλαμβάνονται. καὶ διονύσιος δὲ ἐν τῇ πενταβίβλῳ τῶν ἀττικῶν ὀνομάτων τῆς πρώτης ἐκδόσεως οὐ δύσερις φησὶ οὐκ ἐριστικὴ, οὕτως φησίν· ὅτι δυσωπεῖσθαι οὐ τὸ αἰδεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ μεθ' ὑπονοίας φοβεῖσθαι οἱ ἀττικοὶ λέγουσιν. de Fraterno amore 487e [?] — ἐκ τούτων ἀντωνῖνος θρέψας τὸ μισάδελφον ἄχρι καὶ σφαγῆς ἀνοσίου προῆλθε τὸν ἀδελφὸν γέταν ἐν ταῖς ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἀνελών. de Amicorum multitudine 93a περὶ πολυφιλίας — ἡ προσπάθεια καὶ ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐστί· καὶ μάλιστα φυσική· φιλία δὲ ἐν θεοῖς, καὶ οὔτε προσπάθεια παρὰ θεοῖς· ἀπαθεῖς γάρ· οὔτε φιλία ἐν τοῖς ἀλόγοις· ἡμεῖς δὲ μέσοι τούτων ὄντες τὴν μὲν ἔχομεν ἀτελεῖς ὄντες, τὴν δὲ τελειωθέντες· προσπάσχομεν γὰρ καὶ χρήμασι καὶ τέκνοις καὶ γαμεταῖς, ἐμπαθεῖς ὄντες, καὶ τῇ φυσικῇ ζωῇ θητεύοντες· φιλοῦμεν δὲ εἰς νῦν ἀναδραμόντες καὶ λυθέντες ἀπὸ τῶν ἰδιούντων ἡμᾶς πρὸς τὰ ἥττω παθῶν. οὕτω πρόκλος ἐν ἐπισκέψεσι τῶν ὑπ' ἀριστοτέλους ἐν β' πολιτικῶν πρὸς τὴν πλάτωνος πολιτείαν.

Codex 1671 membranaceus, forma maxima, quo Vitae et Moralia plurima continentur. etiam codex 1672 membranaceus, forma maxima, plurima Plutarchi scripta tradit. paginae divisae sunt in columnas duas: quarta fere pars ab alia manu scripta videtur, correcturae et rasurae rarissimae, litterarum ductu ac scribendi charactere illi simillimus, scriptus pereleganter et distincte. solus 1672 exhibet pauca: 76b τὴν ante ψυχὴν d μόνως pro μόνας 78c om μὲν ante γὰρ 79a ἔφη pro εἶπε διειλέχθησαν pro διελέχθησαν 80a ὅτι ἂν λάβη pro ὅ. ἂ. λάβοι 85d μεμνημένον post καθηγητοῦ: quae omnia librario adscribenda esse quivis videt. differt cum aliis a 1671 perraro, ut 76d πολλὴν pro πολὺν [1957] f μετὰ pro μετ' οὗ 82a ἁμαρτόντα pro ἁμαρτάνοντα 85d ἀτρεμῶς pro ἀτρέμα. at artissima adfinitate conectitur cum 1671: nam utrique soli hae lectiones communes: 75c ἀκαρεὶ 76a ἀγνωμοσύνης pro ἀγνωμοσύνην 78a ἐν ἁπαλοῖς καὶ ἀνθεινοῖς pro ἐ. ἁ. κ. ἀνθινοῖς d μετάστασιν pro μετάβασιν

Digitized by Google

79 d *λόγων μόνων* pro *λ. μόνον* f *τὰ δόγματα* pro *δόγματα* 81 b *καρποὺς* pro *καρπὸν* 82 a *δεομένῳ σωτηρίας* pro *σ. δ.* c *νουθετοῦντος ἑτέρου* pro *ἑ. ν.* e om *τοὺς* ante *ἑταίρους* 84 a *εὐτονώτατοι* pro *ἐντονώτατοι* e *πανθίας* pro *πανθείας* 85 f *αἰσχύλον* [modo 2076 ad marginem a manu secunda *γρ. κατ' αἰσχύλον*]: ut aut 1671 ex altero correctus aut hic ex 1671 totus fluxisse videatur. 1672 enim praeter eas scripturas quibus cum altero consentit haud raro ab eadem manu variantes alias adfert. posteriorem sententiam ideo amplectar quod 1671 non solum eis librarii mendis quae 1672 exhibet vacat, sed etiam ipse eis paene omnino liber est [vidi 78 d *μαθηταὶ* pro *μαθητὰς* e *φθόνου* pro *φθόνους*] nullasque praeterea scripturas adferat quae non ei communes sint cum alio quodam Parisinorum. qua re 1671 apographum codicis 1672 esse veri simile est itaque ad restituendum librum de Profectibus in virtute omnino inutile.

Restat codex 2076, chartaceus, forma octonaria maiore, quo continentur triginta quattuor scripta Moralia. adiciuntur multa a manibus aliis, etiam glossae aliquot margini adsperguntur, quas hic subicio: 75 e *ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ — τὸ ἑξῆς ἐμοὶ δοκεῖ μᾶλλον ἄν τις ὡς ὁ καινεὺς γενόμενος ἀγνοῆσαι τὸ πάθος ἤπερ ὁ ἐν βραχεῖ χρόνῳ βελτιωθεὶς ἀποτελεσθεὶς — ἀποτεχθεὶς* f *πολλῶν ἀποριῶν* cet. — *μεγίστης ἀπορίας ἐνέπλησαν τὴν φιλοσοφίαν οἱ ὑποθέμενοι μὴ εἶναί τινα ἕξιν ἀρετῆς μεταξὺ κακίας καὶ τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἀλλὰ καλοῦσι δὲ αὐτὴν προκοπὴν* 76 e *ἥματα — ἡμέρας* 77 c *θεῷ — θεῷ ῥῆμα ἐστὶν ἀντὶ τοῦ βλέπε λῆθη — οἷμαι μνήμη* 78 a *τὰ λείμματα — τὰ καταλειφθέντα* c *φερνὰς — προῖκας* 82 b *ἐγχρήμματα — προστρέψεις* d *λογιζόμενος — λογιζόμενος ὁ προκόπτων ἐκεῖνον τὸν ἱπποκράτην* e *δελφάκιον — ὁ μικρὸς χοῖρος* 83 c *ἀφύων — ἡ λεγομένη ἐγγραυλις* 84 a *πρὸς ἅσπερ* cet. — *οἱ μανόμενοι* 85 f *Θριγκὸν — περίφραγμα τοῦ οἴκου.* satis neglegenter scriptus est: nam dat 75 b *ὑπήκοντος* pro *ὑπείκοντος* 76 b *ῥύμην* [a secunda manu *ῥώμην*] e *ἀντικότα* pro *ἀνεικότα* c *ἀσχάλειν* pro *ἀσχάλλειν* 78 e *τῆς διαλεκτικῆς* pro *τοῖς διαλεκτικοῖς* 79 e *ἐξέβαλλε* pro *ἐξέβαλε* 80 a *οἰκίαν* pro *οἰκείαν* 82 b *ἀποφύγῃ* pro *ἀποφεύγῃ καινῇ* pro *κενῇ* d *γραφὰς* pro *βαφὰς* 83 b *καὶ γαρ* [sic] *καὶ* pro *εἰ γὰρ κ.*, a secunda manu *ἐ. γ. κ.* c *δανισάμενος* pro *δανεισάμενος κνίσης* pro *κνίσσης* [recepit Duebner] 85 a *γεγεννημένους* pro *γεγενημένους.* pauca ab eadem manu aut in margine aut inter lineas emendantur, at 75 c *ἐπαγγελλομένος* additum in margine d *που* inter lineas 79 b *γὰρ* post *ὥσπερ* 83 a *γὰρ* post *μητρί τε.* utrum apographum sit Parisini 1955 an 1957 discernere nequeo. quae denique scripturarum diversitates a recentioribus manibus emendatricibus adferuntur nihil proprii exhibent.

